



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

4 de Furtis rusticarum rerum, & primum instrumentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

statu Germ. sub Imperatorib. Saxonibus. Si quis sicli vnus, aut duorum preti furtum fecerit aut predam, corium cum capillis perdat: si secundo vel terti, vel quinque siclorum furtum vel rapinam fecerit, manu priuetur: si tertio, absque omni dubietate suspendatur. ¶ Apud Anglos Henticus septimus rex statuit anno secundo regni sui in consilio, vt pro primo scelere remitteretur quidem pœna corporalis in carcerem coniectis sceleris commissi, nota in palma sinistra manus sub pollice inureretur, quæ criminis admissi primam referat literam: vt si homicidium commisit, inuratur *M. meur dre* enim dicunt homicidium: furibus vero *T.* vocant enim *T. beshi* furem. Vt si rursus in crimine reperiantur, merito illico pœnas dent. Illud, inquit Polydorus Vergilius lib. 26. hist. Angl. p. 609. a Gallis mutuatus: nam apud eos huiusmodi damnis hominibus solet amputari altera auris, certa posthac malef. ii nota imprimi. ¶ Solent ¶ & Galli furunculos istos loris flagellare publice per compita & vias ciuitatum & oppidorum, pro senioribus furtis extra sacrum locum factis: vt & fieri antea Romæ inuit Horatius, dum ait, *libr. 1. Epist. 16. ad Quintium.*

Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat Seruus: habes pretium, loris non uteris, ait.

20 ¶ Mitius ¶ apud aliquos fures puniunt, vt in Perfide apud Polyletias apud quos, vt Thomas Morus scribit *libr. 1. Topie.* fures condemnantur tantum reddere quæ furati sunt domino, non principi, & damnantur in opera, neque periculi quidquam præter laborem in vita patiuntur, illis que victus ex elemosyna collecta impenditur, & interdum vicim in eius rei vsum conferunt, & in foro, minori tamen pretio quam liberi conduntur: notantur autem vnus habitus colore, pilo non raso, sed parum supra auriculam attonso. Neque vnquam deferunt pecuniam, vel arma: horumque aliqui singulis annis restituntur libertati, exemplo patientia. ¶ Furta ¶ etiam raro apud Moscouitas seu Rhufenos puniuntur, verum qui in furto deprehensum occiderit, impune facit: si occisum in aula principis detulerit, & rem vt electa expofuerit, vt scribit Sigismundus Liber Baro in *comment. rer. Moscouit.* Is tamen refert aliam legem Basilii Magni ducis Moscouitæ, qua statuitur, pro primo furto conuictum citra sacrilegium non puniri morte, sed baculis cædi & pœna pecuniaria multari: pro secundo autem furto, si non habuerit vnde

21 iudici satisfaciat & accusatori, plecti morte. ¶ In ¶ constitutione Imperatoris Caroli quinti. de rebus capitalibus edita, *artic. 157. & 158.* simplicis furti clandestini valoris quinque florenorum pœna, dupli reddendi læso ponitur, cum expensis carceris & viatorum, qui eum apprehenderunt. Quod si non habeat vnde soluat, iubet carere macerari & vinciri, nihilominus & soluere carcerem & viatorum impensas. Quod si deprehensum fuerit in furto manifesto vltra quatuor florenos, iubet hunc virgis cædi, & torqui infami ad iudicium, vnde *ant le colier ou carquam*: dehinc ditioni ei interdici. In legibus Wisigothorum hæc, *l. 4. tit. de furtis, lib. 7. C. Wisig. tit. 2. Per. si captus fuerit, perducatur ad iudicium, ita vt in penitus non ecul, si sublata restituat, & extensus publice coram iudice centum flagella suscipiat: quod si non habeat vnde componat, careat libertate illi seruaturus, cui furtum fecerit. Seruus autem sextupli compositione cogatur exsoluere, & centum flagella ante*

22 iudicem extensus accipiat, &c. ¶ Iure ¶ pontificio persone ecclesiastica in furto deprehensa, vel conuicta furti, a iudice ecclesiastico deponuntur, *ca. presbyter, du. dist.* & si deposita incotrigibiles sint, excommunicantur: deinde contumacia crescente, anathemate percussuntur: & tandem si contumaces perseuerent, curia seculari dantur castigandi, *ca. cum non ab hom. ne. ca. 1. de ind. lib. 2. Decret. tit. 1.* Innocentius tertius, clericos in latrocinis deprehensos, & in aliis magnis sceleribus, statuit, *ca. iux. c. 6. de pœn. lib. 5. Decret. tit. 26.* suis ordinibus degradatos detradi in arcta monasteria, ad pœnitentiam agendam. Hostiensis tamen hanc pœnam locum habere in latrocinis, non in furtis simplicibus vult: in *d. c. iux.* Quod sequitur Panormitanus Abbas, & Ioannes Andreas *ibidem.* Erit tamen de hoc furto condemnatus, infamis, sicut laicus. *cap. infames, 6. quest. 1. & §. hic colligitur, 2. quest. 3. Felin. in c. qualiter. in 2. §. ad corrigendos, 5. col. de accusatio.* si agatur contra eum actione furti nominatim: non autem si conditione furti tantum, vel si simpliciter condemnentur ad restitutionem, *70. Bernard. Diaz. in pract. crimina. cano. 284. in*

24 *fin.* ¶ Placuit ¶ etiam pro furibus, si inter furandum occidantur, non esse orandum, *ca. 2. de furt. ap. Gregor.* quia in mortali peccato decessisse eos constat, *ca. placuit, 23. quest. 5. vulneratos tamen*

& confessos ad communionem admittendos, *dist. cap. sin. de furt.* ¶ Sed ¶ quia pœna furorum grauiores vel leuiores sunt, ratio: ne circumstantiarum, rerum, personarum, adiutorum, modi furandi, temporis, pauca exempla singulorum percurramus, vt ex illis facilius in reliquis fiat via. Non referam tamen ea, quæ iam diximus de furto sacrilegi: peculatus, repetundarum, de quibus iam supra diximus.

De Consideratione rerum in furtis & primum rerum nauicarum. Cap. 3.

- 1 Naufragii res subtrahere in consideranda in pœna furti.
- 2 Naufragorum bona dominis debent reſeruari: & restitui: nisi piratarum, vel hostium sint.
- 3 Naufragio vel incendio rapientium pœna ciuiliſ.
- 4 Nauem mouens sine permissu domini qua pœna puniuntur.
- 5 Nauiculariorum res raptas, qua pœna Rhodis legibus puniuntur.
- 6 Nauiculari predam facientes quomodo puniantur.

EX ¶ rerum subtraharum qualitate pœnas perpendendas est: se monet hac ratione Paulus, *l. Padius, de incendi. vni. & naufrag. lib. 47. P. tit. 9.* ex Pii Antonini rescripto: *Quod plurimum, inquit, interest in furto ex naufragio, an que seruari possint quis flagitiosè naufragi, & in graui præda appetit, liberi furtibus eæsi in triennium relegantur: sordidiores, operi publico dandi: serui flagellis cæsi, in metallum aduſdicandi. Si non magna pecunia res fuerint, liberi furtibus, serui flagellis cæsi dimittuntur. Que locum habent si quis de incendio quoque rauerit.*

¶ Constitutio ¶ Frederici, §. nauigia, de statu & consuetud. col. 1. la. 11. in authent. & constit. nauigia, de furt. Cod. Imperatoris statuit, nauigantium bona, quæ nauis vel rupta fluctibus, vel expugnata, in portum vel alias ripas peruenierint, integra dominis reſeruari, sublata penitus omnium locorum contraria consuetudine: nisi nauigia illa pyratam exerceret prauitatem, vel inimica Christiano essent nomini. Atque tranſgreſſores sanxit bonorum publicatione multari: aliaque pœna extraordinaria puniri. Et alibi *l. 1. de naufrag. lib. 11. Cod. tit. 1. 5.* Imperator prohibuit etiam fisco, ne in aliena calamitate, de re tam lucuosa compendium ſectetur, & res dominis restitui iussit. ¶ Ciuiliſ ¶ pœna, *lin. eum. 18. de furt. Cod. lib. 6. tit. 2. l. 1. 2. 3. de incendi. rum. & naufrag. in P. l. 3. de nauicular. lib. 11. Cod. tit. 1.* in eos qui dolo malo quiſpiam ex incendio vel naufragio rapuerint, intra annum vtilem quadrupli, post annum in ſimplum, vltra pœnam olim statutam, scilicet vi bonorum raptorum vel furti *Caui. l. 1. quis, ex naufragio, 5. dist. tit. de incendi. rum. & Exilat ¶ lex Salica, 4. in l. Sal. tit. 23. de nauib. furatis, §. 1. hæc: Si quis nauem a tena sine permissu domini sui, mouere præsumserit, aut ea transferit, Ma burg & ſt. mere, cum viginti denar. qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur. Et rursus §. 2. eiusdem tit. Si quis nauem furatus, 600 denar. qui faciunt solidos quindecim cul, abilis iudicetur. ¶ In ¶ legibus naualibus Rhodiorum editis Græce per Imperatores Tiberium, Adrianum, Antoninum, Pertinacem, Lucium Septimum Severum, sic statuitur *c. 48. i. ἀπὸ τῶν πειρασμῶν τῆς θαλάσσης ἀποδιδόντω, id est qui quid ex rebus nauiculariorum rapuerint, in quadruplum id restituito. Idem in cap. 50. & 51. grauiori præda & vi inuadentes eas res post restitutionem earum quæ inuale-**

runt, liber ad triennium relegatur: sordidiores, in opus publicum eiusdem temporis serui in opus grauius fisci ad iudicantur. Wisigothorum autem hæc lex, *l. 18. tit. de furtis, lib. 7. Cod. l. Wisig. tit. 2. Que quid de incendio, ruina, naufragio rapium fuerit & ab his ex hoc quicquam ab alio susceperit, si se clauerit, in quadruplum reformare cogatur.*

¶ Qui ¶ cum nauicularis prædam fecerunt, tenentur iure civili quoque in quadruplum, *l. 3. de nauicular. lib. 11. Cod.* Iure pontificio, qui peregrinos spoliarunt, aut inermes pauperes de prædatis sunt, anathemate percussuntur, *ca. illi qui, 24. q. 3.*

De Furtis rusticarum rerum, & primum instrumentorum. Cap. 4.

- 1 Sarculum vel ligonem furatus qua pœna puniendus.
- 2 Timonabulum animalium onis vel bonis furatus qua pœna puniendus, & 4.
- 3 Agricultura instrumenta furatus quomodo puniendus. Et 5.
- 4 Sterquilini furati alio.
- 5 Stercoris & sterquilini agriculturæ utilitas.

